



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ga
9
840



Stengel, Paul. 1875.

Pa. 9. 840. ✓

DE
FATO AESCHYLEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

ET

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

OBTINENDIS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM

ORDINI

IN UNIVERSITATE LITTERARUM IENENSI

PROPOSUIT

PAULUS STENGEL.

IENAE, 1875.
TYPIS RATIL -

Go 9. 840.

1877, July 30.
Salisbury fund.

Guilielmo Stengel

patri

pio gratoque animo.

Proprie vocis „μοῖρα“ vis est „pars sive portio,“ velut apud Aeschylum Choëph. 235

ἃ τερπνὸν ὄνομα „τέσσαρας, μοίρας“ ἔχον ἐμοί. ¹⁾

Prom. 632: „μοῖραν“ δ' ἠδονῆς κάμοι πόρε.

Prom. 292: χωρίς τε γένους
οὐκ ἔστιν ὅτῳ „μείζονα μοῖραν“
νεύμαιμ' ἢ σοί.

Ex qua significatione portionis illa vis derivanda est, qua significatur uniuscuiusque pars, quam quisque accepit, proprietates, natura, ratio fortunae, quae cuique assignata est, ut Eum. 108:

ἐν ἡμέρᾳ δὲ „μοῖρ“ ἀπρόσκοπος βροτῶν.
sept 920: ἔχουσι „μοῖραν“ λαχόντες-
δισσόδῶτων ἀχέων.

Interdum vocabulo „μοῖρα“ mors ipsa, id quod postremum omnibus tribuitur, exprimitur. Ag. 1272 dicit Cassandra:

ἀλλ' εἶμι κὰν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
Αγαμέμνονός τε „μοῖραν“ ἀρκείτω βίος.

et chorus, clamore morientis Agamemnonis audito 1324—25

ἀλλ' οὐκ ἀνεκτόν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ,
πεπαιτέρα γὰρ „μοῖρα“ τῆς τυραννίδος.

1) usus sum editione Hermannii.

et Ag. 1225 abiicit Cassandra sceptrum et vittam clamans:

σὲ μὲν πρὸ „μοίρας“ τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.

Sed non solum ea proprietas vel sors, quae hominibus attribuitur, est μοῖρα, verum etiam numen, quod cuique proprietatem sortemque tribuit, velut Eum. 332 Eumenides dicunt:

„τοῦτο γὰρ λάχος διανταία
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν.“

Μοῖρα igitur suam cuique μοῖραν tribuit et hominibus et diis, curatque, ne quis eam abiiciat. Est quaedam summa lex, quae e communi Graecorum more pro persona, pro numine habita est. Quod numen nunc unum cogitatur, nunc ut triplex fingitur. Aeschylum vero μοίρας, vel ut latine dicamus, Parcarum eam imaginem sibi proposuisse, ut non notiones quaedam factorum, sed deorum solidae et expressae effigies animo eius obversarentur, ex his locis satis intellegitur. Prom. 518 Μοῖραι „τρίμορφοι“ dicuntur, et Eum. 716 Furiae Apollinem his verbis accusant:

„Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς“
et 719—720 „σύ τοι παλαιὰς διανομὰς καταφθίσας
οἴω παραπατήσας ἀρχαίας θεάς.

et Eum. 952 Parcae a Furiis appellantur: „πάντα τιμῶνται θεῶν“.

Quod numen vel quas deas, cum cuique proprietatem et indolis et fortunae, omnia dedique, quae per totam vitam acciderent, constituerent, imperium et arbitrium omnium rerum devinarum et humanarum tenere crederes. Tamen homines deos orant, ut bonos eventus dent aut clades prohibeant, tamen dicitur Eum. 641—42:

(Ζεὺς) . . . πᾶιτ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφω τίνησιν οὐδὲν ἀσβμαίνων μένει.

et Prom. 306

μόταρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.

et Prom. 50:

ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Itaque operae pretium videtur, ut accuratius exquirere conemur, quae ratio in singulis tragoediis Aeschyli et diis et hominibus cum fato intercedat.

Prometheus vincetus.

Animum advertamus primum ad tragoediam; quae inscribitur „Prometheus vincetus,“ nam cum hac in fabula fatum et deorum principem inter se dissidentes mihi quidem poeta fecisse videatur, ex ea maxime elucebit, qua ratione dii et fatum inter se habeant. Qua in re non solum quid Aeschylus singulis fabulae locis de fato et de diis dicat, explorandum erit, sed etiam totum argumentum et tragoediae, quae proposita est, et illius deperditae, quam inscriptam fuisse „Prometheus solutus“ scimus, quantum coniecere licet, respiciendum erit.

Primum cum quaeramus, quae ratio inter Jovem et ceteros deos intercedat, Jovem non solum principem locum tenere deorum, sed etiam dominari in ceteros videmus. Cuius consiliis cum Prometheus obstitisset, gravissimas poenas solvit, et 49—50 plane dicitur:

ἄπαντ' ἐπαχθῆ πλὴν θεοῖσι κοίρανεῖν
ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Ter in fabula „τύραννος θεῶν“ appellatur (224, 312, 737). Vulcanum cunctantem Prometheus saxo affigere Cratos his verbis admonet (67—68):

οὐ δ' αὖ κατοκνεῖς τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὑπερ
στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

Itaque non mirum, ceteros deos apud Aeschylum secundas

partes agere, nec invocari solere, nisi certae causae **accedunt**.
 Velut Electra Choëph. 116 apud patris sepulcrum deos **inferos**:
 Ἑρμῆν χθόνιον et Περσεφάσσαν invocat, vates Cassandra (Ag.
 1032) Apollinem, oppugnati Thebani Martem (Sept. 101, 104—106).

Quam ob rem nobis praecipue illustrandum erit, quomodo
 fatum sive Parcae et Iupiter inter se habeant.

Ita agere constitui, ut primum quid mihi de hac re videatur,
 explicem, deinde dicam. quid iam ab aliis de ea re scriptum sit,
 tum ea, quae ab aliis contra meam sententiam disputata sunt,
 quantum id nondum factum est, refutare coner.

Prometheus cum invito Iove mortalibus ignem attulerit, ab
 illo crudelissimo supplicio afficitur, sed fato ei constitutum est,
 ut perpressus inauditos cruciatus ἀκοντος Διός (772) liberaretur.

Non Iupiter ipse eum liberabit. Quod eventurum esse, Ocea-
 nitides cum sperent, iis respondet 513 sqq.

οὐ ταῦτα ταύτη μοῖρά πω τελεσφόρος
 κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
 δύαις τε καμφθεῖς ᾤδε δεσμὰ Φυγγάνω.

Nec quis eum liberaturus sit, nescit. (874—76)

σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασύς,
 τόζοισι κλεινός, ὅς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμέ
 λύσει.

Itaque generosus Titan, Mercurii et precibus et minis repu-
 diatis, non dubitat multo maiores dolores suscipere Iovisque
 nuntio respondere (1055—57):

Τάρταρον ἄρδην ρίψειε δέμας
 τοῦμὸν ἀνάγκης στερεαῖς δίταις
 πάντως ἐμέ γ' οὐ θανατώσει.

nam ei (937) *θανεῖν* οὐ „μόρσιμον“
 et 745 *θανεῖν* μὲν ἔστιν οὐ „πεπρωμένον“

Iam ex iis, quae dixi, consequi videtur, Parcarum maiorem

potestatem esse, quam Iovis, his autem planius demonstratum iri spero.

Prometheus cum dixisset (516)

τέχνη δ' ἀνάγκης ἐστὶν ἀσθενεστέρα“

chorus eum interrogat (517)

τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστροφός;

et Prometheus respondet (518)

Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἑρινύες.

Oceanitides pergunt (519)

τούτων ἄρα Ζεὺς ἐστὶν ἀσθενέστερος;

et Prometheus respondet (520)

οὕκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

Aperte igitur dicitur, id quod Parcae destinaverint, plus valere, quam quod dii perficere velint. — Quid Furiae sibi hic velint, alio loco explicabimus. —

At 909—910 chorus Oceanitidum canit:

τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὀρῶ
μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

Sane quidem, nam dii, ut supra demonstravi, Iovis imperio tenentur, sed (896—98) eadem Oceanitides Parcas orant:

„μήποτε“ μήποτε μ' ὦ Μοῖ-
ραι λεχέων Διὸς εὐνά-
τειραν ἴδοισθε πέλουσαν.“

Parcas igitur credunt prohibere posse, quominus, quod Iupiter velit, fiat.

Maxime autem, quae sit ratio inter fatum et Iovem, ex eo intellegitur, quod statutum est fato, fore, ut Iupiter exueretur sua potestate, si Thetidem in matrimonium duxisset.

911 sqq. Prometheus praedicit:

ἢ μὴν ἔτι Ζεὺς, καί κερ αὐθάδης Φρενῶν
 ἔσται ταπεινός, οἶον ἐξαρτύεται
 γάμον γαμεῖν, ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
 θρόνων τ' αἴστον ἐκβαλεῖ . . . ,

Non est igitur simplex et absoluta necessitas, Iovem imperio exui, sed accidit, si illam deam in matrimonium ducit; nam (105)

τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδῆριτον σθένος.

Iupiter cum obscuris Promethei verbis auditis terrore metusque capiatur, Mercurium mittit, qui aut precibus aut minis Prometheum permoveat, ut plane aperiatur, quo in periculo Iupiter versetur. Quare intellegitur, Iovem ipsum scire, summum imperium non penes se sed penes fatum esse. — Neque vero Parcae solae, Furiae etiam, ut supra vidimus, τῆς ἀνάγκης οἰακοστρόφοι appellantur. Circumspiciamus, quid hoc loco sibi velint Furiae. Furiae ratas faciunt execrationes, neque ullam aliam habent potestatem. Re vera de execratione quapiam cogitari, eo indicatur, quod „μνήμονες“ vocantur Furiae. Cuiusnam vero execratio Iovi perniciem minatur, nisi unius Saturni? Et hoc ipsum dicit Prometheus 914—916: Iupiter imperio privabitur

. . . . πατρὸς δ' ἀρὰ
 Κρόνου τότε ἤδη παντελῶς κρανθήσεται
 ἢν ἐκπίτνων ἠρᾶτο δηναίων θρόνων.

Sed conemur, quodnam poeta secundae fabulae, quam Prometheum solutum in scriptam fuisse, scimus, argumentum fecerit, quantum coniecere licet, explorare. Quod quamvis a proposito longius aberrare videatur, tamen spero hac re etiam magis perspectum iri, quae ratio intercedat inter Iovem et fatum.

Saepe in tragoedia, quam integram habemus, Prometheus, ut iam supra dixi, profitetur, se non Iovis clementia sed Parcarum consilio atque ἀκοντος Διός (771) liberatum iri, antea autem ingentes dolores sibi perferendos esse. Ut non dubium est, quin

istud accidat, ita certum est, id perfectum iri, quod Mercurius (1020 sqq.) minatur:

. . . . πρῶτα μὲν γὰρ ὀκρίδα
 Φάραγμα βροντῆ καὶ κεραυνία Φλογὶ
 πατὴρ σπαράζει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας
 τὸ σὸν, πετραία δ' ἀγκάλῃ σε βαστάσει.
 μακρὸν δὲ μῆκος ἐκτελευτήσας χρόνον
 ἄψορρον ἤξεις ἐς Φάος· Διὸς δέ σοι
 πτηνὸς κύων δαΦοινὸς αἰετὸς λάβρως
 διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος,
 ἄκλιτος ἔρπων δαιταλεὺς πανήμερος,
 κελαινόβρωτον δ' ἤπαρ ἐκθοινήσεται.
 τοιοῦδε μόχθου τέρμα μὴ τι προσδόκα,
 πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
 Φανῆ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
 Αἶδην κνεφαῖα τ' ἀμφὶ Ταρτάρου Βάσῃ.

Postremo autem — ita enim praefinitum est — Prometheus cum Iove in gratiam redibit.

190—192: τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν
 εἰς ἄρθμον ἐμοὶ καὶ Φιλότητα
 σπεύδων σπεύδοντί ποσ' ἤξει.

In fabula igitur, cui nomen est „Prometheus solutus,“ Herculem aquila interfecta (cf. 874—76) Prometheum ἄκοντος Διὸς liberasse, nos coniiicere licet. Quod demonstratur versu casu ac fortuito conservato, quo Prometheus, aquila interfecta, Herculem alloquitur:

„ἔχθροῦ πατρός μοι Φίλτατον τέκνον“¹⁾

Patet „ἔχθρὸν“ Prometheum Iovem non dicturum, si eius ipsius gratia solutus esset. Sed, si vult, denuo Iupiter Prome-

1) frgm. ap. Nauck 196.

theo cruciatus iniungere potest — tum venit καιρὸς γεγωνεῖν (525) ¹⁾, Prometheus cum Iove in gratiam redit, aegrotus et vitae pertaesus Chiron pro eo ad inferos descendit, Thetis mortali in matrimonium datur. — Ita etiam, quod, ut postea dicam, Schoemanno fieri non posse videtur, evenit, id quod Prometheus, quum quaesivisset Iovi, nullumne Iovi effugium fatalis sortis esset (v, 725) respondet:

„οὐ δῆτα πλὴν ἔγωγ’ ἂν ἐκ δεσμῶν λυθεῖς.“

Itaque, si exquiramus necesse est, — quod omnes, qui de Prometheo scripserunt, conatos esse video — quid poeta fabula Promethei cives docere vel iis demonstrare voluerit, et quo tendat eius fabula, ego Lehrsius assentiar, qui in annalibus Fleckeiseni LXXIX, pag. 556—558 contendit, poetam voluisse potestatem fati illustrare.

Iam venimus ad alteram partem propositi.

Bluemner: „die Idee des Schicksals in den Tragoedien des Aeschylus“ Leipzig 1814, iudicat fati potestatem quam Iovis maiorem esse (pag. 14 et 139). Contra contendit Clausen: „theologumena Aeschylea“, Berlin 1829 — (pag. 36) „nullum locum apud Aeschylum exstare, quo dicatur, legem summam esse, quae nulla debilitari possit mutatione, cui etiam dii obnoxii sint. Par-

1) Prometheus saepissime in tragoedia dicit, se tum demum Iovi indicaturum esse, quomodo periculum effugere possit, si liberatus esset.

724 interrogat Iov:

οὐδ’ ἔστιν αὐ-ῶ τῆσδ’ ἀποστροφῆ τύχης;

et Prometheus respondet:

οὐδ’ ἔγωγ’ ἂν ἐκ δεσμῶν λυθεῖς“

174 Prometheus dicit

οὐποτε

. . . . οὐδ’ ἐγὼ καταμνήσω

πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων δεσμῶν χαλάσῃ.

Idemque dicit 871 sqq. et 913 sqq.

cas (pag. 40) quidem Iovi naturam suam assignavisse, sed hanc ob causam non rectius Iove superiores cogitari, quam eos, qui regem creaverint, eique imperium tradiderint, rege superiores.“ Quod probat et accuratissime admirabilique cum apparatu doctrinae defendit Schoemann: „Prometheus.“ Greifswald 1844. — Sententiam Schoemanni sequuntur F. Wieseler: *Hallische Literaturzeitung* 1845 Nro. 11, L. Preller in *Pauly's Encyclopaedia* tom. IV, pag. 595, et paucis mutatis Bamberger: *Philologus* II, pag. 324, Dronke: „über die religiösen und sittlichen Vorstellungen des Aeschylus“ in *annalibus Fleckeiseni* tom. suppl. IV, pag. 9. Deinde Vischer: „der Prometheus des Aeschylus“ *Basel* 1859 pag. 24 Iovem fato inferiorem esse, eiusque potestate imperio spoliari posse negat. Poetam tragoedia docere voluisse, salutem omnium in Iovis oboedientia positam esse putat (pag. 25).

Contra Schoemannum disseruit primus Godofredus Hermannus: „dissertatio de Prometheo Aeschyleo.“ *Programm Leipzig* 1846. Responsum est et iterum eadem sententia defensa a Schoemanno: „vindiciis Iovis Aeschylei.“ *Programm Greifswald* 1846.“ Deinde Welcker: „griechische Goetterlehre II, 246—278. *Goettingen* 1859“ — et Koechly: „*Akademische Vortraege* I, pag. 8—46. *Zuerich* 1859“ — de Prometheo Aeschyli scripserunt. Uterque disputat contra Schoemannum, sed ita ut Welckerus non dicat, quid ipse de ratione, quae inter fatum et Iovem intercedat, sentiat, Koechlyus quidem plane profiteatur, sibi Iovem fato inferiorem, Prometheus et servatorem hominum et veri praescientem videri, certa autem argumenta, quibus Schoemanni sententiam refutare conetur, nulla afferat, neuter de tragoedia poetaeque consilio rectius iudicet, quam Schoemannus. Nam Welckerus postremum dicit, Prometheus repraesentare libertatem, ius, sapientiam, contumacia autem sibi culpam contrahere meritoque poenas dare. Iovem crudelem tyrannum esse itemque vituperandum, deinde alterum a contumacia alterum a crudelitate desistere et pacem amicitiamque inter se reconciliare. Quod quam temere iudicatum sit, posteriore disputatione intellegetur.

Koechlyus putat (pag. 45) poetam tragoedia civibus „pugnam et reconciliationem veterum et novarum rerum ut apud homines ita etiam apud deos“ demonstrare voluisse, eosque monere, ne nimis cito temereque aliquid novi instituerent.¹⁾ Quae sententia quam perversa sit, Lehrsius in Iabaii annalibus LXXIX pag. 556—558 exposuit. Eodem loco vir doctissimus profitetur, sibi quidem tragoedia Promethei postam plane ostendere videri, neque homines neque deos fatum effugere posse.

Schoemannus respondit, priore sententia retenta et rursus defensa, libro: „noch ein Wort über Aeschylus' Prometheus.“ Greifswald 1849 — zu Welckers Jubilaeum. Singula, quae in hoc scripto accuratius quam in prioribus libris exposita sunt, suo loco commemorabimus.

Caesar; „der Prometheus des Aeschylus — Marburg 1859“ — quamquam ut Welkerus de fato ipso nihil dicit, tamen (pag. 335), Iovem re vera timere, ne imperio spoliatur, credit, concedit igitur, fati potestatem quam Iovis maiorem esse. Sed tantum in prima fabula trilogiae, ut graeco nomine utar, Iovem nondum perfectissimum deum esse credit. Ut opiniones hominum de diis paulatim perfectiores et sanctiores factae essent, ita re vera deum ipsum paulatim sanctum et perfectum factum esse — id poetam tragoediis docere voluisse putat. Quod suam sententiam ne conatur quidem argumentis probare nemini mirum erit. Respondit Schoemannus: epistola ad Caesarem „über den Prometheus des Aeschylus“ (Schoemann's opuscula III, pag. 120—139). — Iam prius H. Keck: „der theologische Character des Zeus in Aeschylus' Prometheus“ Glueckstadt 1851 — „invenerat, in altera tragoedia Iovem iam meliorem factum esse (pag. 12), iterumque hanc sententiam in Jahnii annalibus LXXXI (a. 1860) pag. 474 defendit.²⁾ Idem Marcowitz l. l. pag. 11 arbitratur,

1) Marcowitz: „de Aeschyli Prometheo.“ Gymnasialprogramm — Duesseldorf 1865 — censet, non longe Koechlyum a veritate aberrare (pag. 9).

2) Hermannum quidem cum omnino duplicem Iovem distinguendum esse

atque etiam Platner: „die Idee der Gerechtigkeit in Aeschylus und Sophocles.“ Leipzig 1858 (pag. 97) videtur probare. L. I. pag. 459—486 Keckius primum de omnibus illis libris disputat, deinde suam sententiam explicat. Ego vero neque eius ipsius sententiam neque eius iudicia de aliorum libris probo. Longum est, plura de his dicere, sed quae ad nostram rem pertinent, suo loco commemorabimus. — Commemorandum, etiamsi non probandum, videtur, quod Droysen Prometh. pag. 210 de consilio poetae putat: Aeschylum depingere voluisse, quanta morum asperitate immanitateque, quanta contumacia et quam indomitis animi cupiditatibus prisca illi homines fuissent, qui suis viribus temere confisi contra leges naturae cum diis ipsis certamen inire non dubitavissent. ¹⁾

Fati potestatem quam Iovis esse maiorem, iudicant etiam Naegelsbach: „nachhomerische Theologie“ (pag. 146), Guilielmus Teuffel: „Tuebinger Universitätschriften 1861: über den Prometheus des Aeschylus“, A. Jung; „dissertatio de fato Aeschyleo.“ Regiomonti 1862 — pag. 19 et 21., Marcowitz in libro suo pag. 11, Platner l. I. pag. 98—100.

Quamquam tot libri a doctissimis viris contra Schoemannum scripti sunt, tamen certa argumenta — paucis exceptis, quae suo loco commemorabo — solo ab Hermanno ²⁾ allata invenimus. Ceteri magis id egisse videntur, ut explicarent, quid ipsi sentirent, quam ut Schoemannum refutarent. — Persequamur igitur Hermanni et Schoemanni disputationes, ceteraque tantum, ubi aptum et utile videbitur, respiciamus! Altera parte mittamus Clausenum, Prellerum, Wieselerum, Vischerum, qui, ut iam supra dixi, Iovem Parcisi superiorem earumque dominum

putet, valde reprehendit, sed se ipsum in eadem trilogia duplicem Iovem facere, non videt. (cf. pag. 18).

1) Contra hanc sententiam iam Marcowitz l. I. pag. 8 disseruit.

2) quem quidem Keckius in Iahmii annalibus 81, pag. 461 a Schoemanno viciolis Iovis Aeschylei plane refutatam esse iudicat.

esse credunt, nulla autem argumenta afferunt. quae non habeat Schoemannus multo accuratius et copiosius explicata. — Hermannus Schoemanni de Prometheo Aeschyleo disputationi statim oblocutus est, sed etiam ab hoc doctissimo viro non omnia, quae Schoemannus contendit, mihi refutata videntur, et ad vindicias Iovis Aeschylei a Schoemanno contra Hermannum maxima diligentia scriptas, neque Hermannus neque alius, quantum scio, exstitit, qui responderet. Fortasse spes non fallit, fieri posse, ut ego pluribus rationibus, quam Hermannus, nixus Schoemanni sententiam plane refutem, vindicemque Aeschyleas Parcas.

(.) Schoemannus Iovem iustum et benignum patrem deorum hominumque facit, qui optimo iure poenas repetat a refragante Prometheo, quem unquam potestate sua spoliari posse, dicere nefas sit, qui fatum non minus regat, quam deos et homines, quem nullo modo deceat, Prometheo cedere, — Prometheum vanum iactatorem, qui homines non beatos reddat, sed eos a diis abalienet (vind. Iovis 11—12)¹), furem et amentem, qui Iovem regno privatum iri dicat, id quod nec fiat nec fieri possit, qui denique cum sui ipsius verbis frequenter pugnet. (vind. Iovis pag. 18).

Iam singulas rationes, quibus nititur, persequamur.

Primum negat, licere, tragoediam pugnare cum religione populari, et ea, quae sancta et venerabilia sint, privari illa sanctitate et in contemptum adduci, id quod fieri, si personas Iovis et Promethei aliter cogitemus. Poetae non licere, Iovem, de quo omnibus ceteris locis cum summa reverentia dicat, ut tyrannum fingere.

Deinde obtendit, poetae Iovem potestate sua exui posse nec

1) Ipsum autem poetam in tragoedia (493 sqq.) plane demonstrare, homines ita a Prometheo institutos esse, ut discerent, quae grata diis essent sacrificia, quae ingrata, et quemadmodum coli ab hominibus et honorari dii vellent, eaque re satis comprobatum esse, igne tradito et usu eius cognito artibusque excultis, quas docuerat Prometheus, illos non admodum sceleratos statim his rebus factos esse etimpios iam Marcowitz in libro suo de Prometheo (pag. 6) exposuit.

ipsi cogitare et fingere licere, nec populo summum deum talem demonstrare.

Tertium, summum deum non decere, Prometheo cedere.¹⁾

Quartum, pugnare, quae Prometheus dicat, et cum eventu et cum iis, quae aliis locis ipse profiteatur, itaque nullam causam esse, cur credamus, quidquam verum esse et perfectum iri, quod dicat.

Addit Schoemannus, Iovem Mercurium non timore sed misericordia permotum mittere, non ut de Prometheo exquirat, qua ratione Iupiter imminentem sibi perniciem effugere possit, sed ut conetur avertere miserum ab obstinatione et adducere ad sapientiam et poenitentiam. Quod Mercurius de vicario loquatur, per ironiam, ut ita dicam, dici, iisque verbis (1006—1009) Prometheo indicari, ita certum esse, nullum dolorum finem fore, ut certum sit, neminem deorum pro eo cruciatus subiturum atque ad inferos descensurum esse (Prom. pag. 145).²⁾

Primum quod obtendit Schoemannus, Hermannus refutat pag. 6, ubi dicit: „nihil habet Iupiter, quod indignum aut indecorum sit regi deorum. Severus est, severitas autem, et si non amatur, tamen per se ne odii quidem causas habet. Cui traditum est rerum omnium arbitrium, iure suo postulat, ut sibi oboediatur, iure suo etiam non oboedientem punit. Quod si Prometheo crudelissimas poenas imponere videbitur, non obliviscendum est, immortalem esse, et qui punit et qui punitur, ut poenis quoque non potuerit Prometheus qualibus inter mortales affici.“ Quibus verbis cum plus concedatur quam refutetur, Schoemannus (vind. Iovis pag. 10) exclamat: Quid igitur

1) Iovem re vera cedere praeter Hermannum Platner in libro suo pag. 99 multique alii iudicant.

2) In epistola ad Caesarem (opuscula III, 129) Schoemannus iam aliam causam, cur Mercurius missus sit, suspicatur: „Iovem voluisse recusatione contumaciam culpamque Promethei etiam magis demonstrari.“ — Praeter alios contra hanc sententiam Schoemanni disputat Platner (l. l. pag. 98) cui re vera Iupiter videtur timore permoveri.

differt inter me et Hermannum? Nihil profecto nisi quod ille suum Iovem convenire Aeschyleae tragoediae, ego non convenire dico. Huius igitur dissensionis causas quoniam Hermannus aut non animadvertit aut dissimulavit, iam ego aperiam. Tum aperit, Iovem tamen reprehendendum esse, si de amico, cuius auxilio regnum adeptus sit, propter generosum sed contra regis imperium commissum factum tales poenas repetat, re vera autem Prometheum vanum iactatorem meritorum suorum esse, per quem nec Iupiter imperium neque homines vera bona adepti sint, „illius adversus Iovem certamine repraesentari humanam arrogantiam et superbiam divino imperio renitentem.“ (vind. Iovis pag. 22). Per vim nemini sententia extorqueri potest, sed quibus liberum iudicium sit animi, eorum neminem, licet sexcenties tragoediam Aeschyli legat, Schoemannum secuturum esse, mihi persuasam est.¹⁾ Suo iure Hermannus Schoemanno obiicit, hodiernas eum et christianas opiniones Aeschylo supponere. — Poetam autem re vera Iovem, si non crudelissimum tyrannum, certe non mitem facere voluisse, mihi ex eo satis apparere videtur, quod Ionem in scaenam produxit. Quamquam a Iunone, ut Ionem in bovem mutaret, Iupiter coactus erat, tamen spectatores facere non potuerint, quin crudele haberent, virginem a summo deo amatam propter amorem huius dei tales aerumnas exantlare. — Aliter Keckius de hac re iudicat, sed etiam aliam fabulam de Ione invenit. Veteres narrant, non a Iove Io punitam esse, qui eam amare non desierit, sed per Iunonis iram in mala sua incidisse; passum esse Iovem, a Iunone illam cruciari, ne uxoris iram magis incenderet, Ioque ipsa (v. 600) dicit: *αἰκίαις λαβρόσυτος ἦλθον* „Ἡρας“ *ἐπικότοισι μήδεσι δεμείσα* — Keckius narrat (in Iahnii annalibus 81, 483; in libro de Prometheus — Glueckstadt 1851 — pag. 12), a Iove

1) Quam diversae aliorum sententiae de Prometheus sint, testis sit unus Platner, qui (in libro suo pag. 101) putat, Prometheum repraesentare liberam magnitudinem et invictam constantiam generis humani.

Io punitam esse, quod cum eo concumbere recusavisset. Quare culpam superbiae (*ὕβρεως*) sibi contraxisse, nam mortales feminas debere dei amore et amplexu honoratas se et beatas censere. In fabula Promethei Io igitur intactam esse, aerumnis autem et cruciatibus Iovem eam mollire („mürbe machen“) velle et permovere, ut voluntati suae tandem obtemperet. — Quod falsum esse, si argumento opus est, versibus etiam nostrae tra-goëdiæ mihi quidem videtur demonstrari. Oceanitides enim Parcas orant, ne sibi idem, quod Ioni, accidat:

(896—98): „μήποτε μήποτε μ' ὦ Μοῖ-
ραι λεχέων Διὸς εὐνά-
τειραν ἴδοισθε πέλουσαν.“

Profitentur igitur, Io iam Iovi concubuisse, negant, mortales immortalesve Iovis amore semper beatas reddi. — Perspici non potest, utrum Wieseler: Hall. Litteraturztg. 1845 Nro. 11. idem quod Keckius arbitretur, necne; nam in eadem pagina dicit, Io a Iove punitam esse, quod ei non statim obsecuta esset, paucis verbis interiectis, Iovem Io non ipsum punire, sed modo pati, eam cruciari.

Alterum, ut dixi, Schoemannus profert, poetae Iovem, ut non liceat crudelem, ita non licere eum anxium, ne imperio ex-uatur, et suppliciter demisseque orantem facere.

Respondet Hermannus (pag. 4), Schoemannum non duplicem usum nominis Iovis distinguere, „significat enim nomen illud nunc unum ex diis, qui supremus habetur, nunc omnino divinam naturam, ut in Agamemnonis et Supplicum versibus. Ipsa id verba docent: „Ζεὺς ὅστις πῶτ' ἐστίν.“ (Ag. 150). — Iure optimo mea quidem sententia Schoemannus hanc rationem Hermannii respuit (vind. Iovis pag. 6—8), Iovem enim, qua-lem poetarum fabulae impiae et ridiculae saepenumero pro-ponant hominum simillimum nulliusque humanae labis ex-pertem, alium esse, alium mundi creatorem et rectorem per-fectissima divina natura, nemo nescit, sed Aeschilo licuisse

in altera tragoedia Iovem impium et propemodo hominem, in altera sanctum deum et iustissimum gubernatorem mundi facere, id mihi quoque persuadere non potui. In illo versu: Ζεὺς ὅστις πότε' ἔστιν poetam summa cum reverentia numen, quod tamquam maius sit, quam quod nominari possit, invocare, nec duplicem Iovem eius animo obversari, omnes mecum consentient. Sed populo deum proponi, cui olim periculum et clades institerit, meo quidem iudicio non magis impium est, quam populo dicere, Iovem Saturnum, patrem suum, imperio spoliasse et necasse, eundemque Saturnum Uranum patrem regno eiectum interfecisse. Atque ipse Aeschylus in tragoedia, cui Agamemnoni nomen est, narrat, ante Iovem illum, quem chorus piis precibus invocat, duos alios fuisse mundi dominos, Uranum primum ὅστις πάρος-θεν ἦν μέγας (Ag. 162), deinde Saturnum, ὅς ἔπειτ' ἔφο (165). Iovem autem tertium exstitisse. Idemque Prometheus dicit (Prom. 958 sqq.):

. . . οὐκ ἐκ τῶνδε (περγάμιων) ἐγὼ
 δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ἠσθόμην;
 τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
 αἰσχίστα καὶ τάχιστα.

et Eumenides (Eum. 631):

(Ζεὺς) αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.

Tertium, Iovem non decere, suppliciter demisseque orare, Hermannus refutat pag. 12 „Ei rei, inquit, duobus modis cautum erat, uno, quod Iupiter sine dubio ut in Prometheo victo non ipse sed per Mercurium suas gorebat, quo spectant haec verba Mercurii v. 930:

. . . . μηδέ μοι διπλᾶς
 ὁδοῦς, Προμηθεῦ, προσβάλης —

altero, quod non gratuito liberavit Prometheus, sed dato sibi piamenti loco Chirone, qui illius solutionem immortalitatis sua

iactura redimeret. Hoc quoque indicatum est a Mercurio (1005 sqq.):

τοιούδ᾽ε μόχθου τέρμα μή τι προσόκα
πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
Φανῆ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Αἰδὸν κνεφαῖά τ' ἀμφὶ ταρτάρου βάρθῃ.¹⁾

Tertium ego addam, non obliviscendum esse, Prometheus demum esse liberatum, cum doloribus mille annos exantlatis iam ipse mori cuperet.

„Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali:
sed longe a leto numine aspellor Jovis“

(Prom. sol. frgm. ap. Cic. Tusc. II, 10)

eundem querentem audimus, qui immortalitate sua confisus quondam exclamaverat:

„Τάρταρον ἄρδην ῥίψειε δέμας
τοῦμὸν ἀνάγκης στερεαῖς δίναις
πάντως ἐμὲ γοῦ θανατώσει.“

Sed illis versibus indicari, Prometheus iam facti poenitere, eumque iam paratum esse Iovi cedere²⁾, ego certe nego. Ipse enim praedixerat (514—515)

.....,μυρίαῖς δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεῖς“ ὧδε δεσμὰ Φυγγάνῃ

attamen (1002)

ῶπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.³⁾

1) Quid Schoemannus de his verbis sentiat, iam supra (pag. 17.) explicatum est.

2) Welckerus: „die aeschylische Trilogie pag. 58 id suspicatur.

3) Haec verba Prometheus ad Mercurium dicit.

Prometheus denique, postquam liberatus et denuo inter deos acceptus est, ut semper poenam in memoria teneret, coronam et ferreum anulum cum lapillo eiusdem saxi, ad quod affixus fuerat, gerere coactus est¹⁾ et ad nuptias Pelei et Thetidis

.... consequitur sollerti corde Prometheus
extenuata gerens veteris vestigia poenae,
quam quondam Scythicis restrictus membra catena
persolvit pendens e verticibus praeruptis.

(Catull. 64, 294 sqq.)

Quartum, quo Schoemannus maxime, si quid video, nititur, id, quod Prometheus praedicat, non accidere, quin etiam eum ipsum secum pugnare, mirum est, quod Hermannus omnesque, qui de Prometheo scripserunt, plane silentio praeterierunt, praesertim cum in omnibus scriptis (velut in epistola ad Caesarem: opuscula III, 129— vind. Iovis pag. 17 et 18) denuo Schoemannus eam causam adversariis obiiciat. — Sed id quoque a nobis refutatum iri speramus.

Vind. Iovis pag. 18 Schoemannus accuratius quam antea in libro suo de Prometheo (pag. 22—23) fecerat, collegit omnes hos locos et affert

„v. 757 non ante se solutum iri Prometheus affirmat, quam ex-ciderit imperio Iupiter:

νῦν δ' οὐδὲν τέρμα μοι προκείμενον
μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

itemque v. 928 (ap. Herm. 930) Iovis cladem atque exitium quasi utique eventurum praedicit:

πταίσας δὲ τῶδε πρὸς κακῶ μαθήσεται,
ἔσου τὸ ἄργειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

nec minus diserte 941 (943):

1) cf. Preller: „griechische Mythologie“ pag. 68.

ὀνάτω, κραταίτω τότ' ἐς τὸν βραχὺν χρόνον
ὅπως θέλει, δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς.

et v. 958 (960)

. . . . οὐκ ἐκ τῶνδε (περγάμων) ἐγὼ
δισσαῦς τυράννους ἐκπεσόντας ἤσθόμην
τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
αἰσχιστα καὶ τάχιστα.“

Quorum nihil evenit. — Omnia autem, in quibus Prometheus fallitur, ad unum idemque pertinent, id est ad opinionem, se solutum iri, si Iupiter regno excidisset. Sed id re vera tam mirum est? Mater Themis ei ostenderat, quid Iovi immineret, scivit etiam, fato destinatum esse, se liberatum iri — non mirum igitur, quod existimabat, se solutum iri, si Iupiter imperio exutus esset. Mihi quidem persuaderi non potui, poetam veri praescientem Prometheum facere noluisse. Spectatoribus etiam credo minime probatum fuisse, si poeta secunda et tertia fabula trilogiae omnia aliter finxisset, ac Prometheus praedixerat. Quod autem Schoemannus dicit, Prometheum ipsum secum pugnare, aliis locis dicentem, Iovis imperium servatum iri, si ab eo solutus esset, velut v. 772 ubi, quum quaesivisset Io, nullumne Iovi effugium fatalis sortis esset, respondet: „ὄ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῆίς“, id effugium superiore disputatione ereptum est; nam cum Prometheus, simulac liberatus sit, Iovi dicere, qua ratione fatale exitium effugere possit, nunquam recusaverit,¹⁾ non intellego, quemadmodum secum ipse pugnet, si aliis locis eloquitur, Iovem imperium servaturum esse, si e vinculis solvatur, aliis, Iovem e periculo non ereptum iri, prius-

1) velut v. 969 sqq., ubi dicit:

οὐκ ἔστιν αἰκισμὸς οὐδὲ μηχάνημά τι·
προτρέψεται μὲ Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
„πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια“.

v. 174 sqq. aliisque locis idem dicit.

quam liberetur. Sed, ut dixi, mea quidem sententia re vera evenit, ut Iovi tum demum a Prometheo indicetur, qua ratione exitium effugere possit, postquam Prometheus e vinculis solutus est. — Iam alium versum Schoemannus affert, quo demonstratur, Prometheum secum ipso pugnare, praescientem igitur futuri cogitari non posse. Oceanitidibus ex eo quaerentibus (259).

οὐδ' ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον:

respondet Prometheus (260)

οὐκ ἄλλο γούδέν· πλὴν ἔταν κείνῳ δοκῆ
(i. e. Iovi).

Confiteor, aliquamdiu me non vidisse, qua ratione hos laqueos effugere possem, praecipue ea re perturbatum, quod neminem Schoemanno oblocutum inveni. Attamen nunc me demonstraturum esse spero, Schoemannum etiam in hac re falli. Prometheum enim puto consulto Oceanitidibus verum non dicere. Si iis dixisset, quomodo etiam invito Iove liberari posset, cum aliis ei communicandum fuisset, quod mater ei dixerat, id est, qua ratione Iupiter periculum vitare posset. Itaque tamquam arma, quibus solum catenas se frangere posse scivit, aliis dedisset, qui illis acceptis nocere miserasque aeternas facere potuerunt, iuvare non potuerunt. — Sermonem Promethei et chori v. 515-528 cum illis verbis pugnare Schoemannus dicit, sed ex hoc ipso sermone, meam sententiam de illis verbis rectam esse, me probaturum esse spero. Prometheus Oceanitidibus dicit 514 sqq:

. . . . μυθίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμψαῖς ἴδε δεσμὰ Φυγαῖαν
τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ

Sed cum amplius quaerant (521):

τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

respondet Prometheus:

τοῦτ' οὐκ ἄν ἐκπύθοιο, μηδὲ λιπάρει.

Tum Oceanitides :

ἢ ποῦ τι σεμνόν ἐστιν, ὃ ξυναμπέχεις

et Prometheus :

ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόινδε δ' οὐδαμῶς
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
ὅσον μάλιστα· τόινδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκΦύγγάνω.

„nondum tempus est eloquendi, si tacebo, liberabor,“

Mihi quidem interpretatio, quam supra attuli, probabilis videtur, cui minus placet, ei certe concedendum erit, aliam nullam posse inveniri, nisi forte cogitandum est, Prometheus verbis „πλὴν ὅταν κείνω δοκῆ“ nihil aliud dicere, ac „nisi Iovi ita placet, ut me liberet, ipse a me doctus, qua ratione servari possit, e periculo eripiatur.“

At nunc e Schoemanno quaeram, quomodo fieri potuerit, ut Prometheus Ioni vere praediceret, quae terrae ei pererrandae essent, et ubi tandem quietem caperet, nisi veri praesciens cogitandus sit? Nam haec omnia re vera ita eventura esse, Ioni erat et nobis omnibus est, ut puto, satis probatum eo, quod Prometheus ei dixerat, quas terras iam pererrasset.

Ad aliud, quod Schoemannus obicit, neque Hermannus respondit, neque ego his explicatis responderi opus esse existimo. ¹⁾

Miror eandem sententiam, Prometheus tandem miseriis fractum Iovi cedere eiusque gratia liberari, etiam Welckero: „die Aeschylische Trilogie“ — Leipzig 1824 — pag. 58 — probatum esse, magis miror, quod nulla argumenta affert. quibus ea sententia niti possit; nam quod dicit, versibus 513 sqq.

1) v. Suppl. 677 et Eum. 384, quibus Schoemannus nititur, alio loco tractabimus (v. pag. 34 et 35).

„ὄτ' ταῦτα ταύτη μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται, μυρίαὶ δὲ πημοναῖς
δαίαις τε καμφθεῖς ὡδὲ δεσμὰ Φυιγάνω“

Prometheum, iam mollitum, ipsum indicare, se Iovi cessurum esse eiusque gratia e catenis solutum iri — ego quidem intellegere non possum. Suspicio eum perversa interpretatione vocabuli „καμφθεῖς,“ quod germanice vertit „tief gebeugt,“ ad illam sententiam adductum esse. — Sed alios versus quibus, Prometheum iam facti ponitere, eumque doloribus iam fractum esse, demonstratur, Welkerus invenit (pag. 85):

ἐκὼν ἐκὼν ἤμαρτοι, οὐκ ἀρήσομαι
δινητοῖς δ' ἀρήγων αὐτὸς εὐρόμην πόιους.
(268—269)

At glorians et elatus conscientia pulcherrimi facti ea Prometheus Oceanitidibus respondet ¹⁾ Maxime autem miror, Welckerum existimare, talem ab Aeschylō Prometheum factum esse, quod Iovem non ut Schoemannus benignum et sapientem deum, sed crudelissimum tyrannum a poeta fictum iudicat (pag. 21—22). — „Temporum igitur diuturnitate monitum, nec minus acerbitate malorum doctum Prometheum cognovisse, se in maximo errore versatum esse, in secunda fabula iam promptum et paratum esse, si Iovi videatur, in gratiam cum eo redire“ etiam Marcowitz (in libro suo de Prometheo pag. 13) arbitratur, argumenta autem nulla, quibus respondere necesse habeo, affert.

Schoemannus ipse composuit Prometheum solutum, ut ostenderet, qua poeta ratione conciliare inter se ea, quibus pugnare secum visus esset, potuerit. Prometheus, qualem finxit, desistit a contumacia, peccasse se et iure punitum esse agnoscit et con-

1) Ceterum Mollerus (Philologus VIII, 753—755) et deinde Caesar (Philologus XIII pag. 609) — mea quidem sententia rectius quam Mollerus — accuratius disseruerunt, quam male Welkerus duos postremo allatos versus interpretatus sit.

fitetur, Iovis gratia liberatus vinculis in amicitiam cum Iove redit. Patet id argumentum deperditae tragoediae tantum ea conditione fuisse posse, ut cum Schoemanno Prometheum amentem iactatorem inania et sperantem et promittentem putemus, quod quam difficile sit omnibus, quibus liberum iudicium sit, iam demonstravimus, nunc autem demonstrare conemur, nullo modo cogitari posse, talem Aeschylum Prometheum solutum fecisse. Nam consensu doctissimorum virorum (velut Lehrsii, Ritschelii) Westphalus („probegomena ad Aeschyli tragoedias.“ 1869. — pag. 207—225) demonstravit, primam fabulam trilogiae „Prometheum vinctum,“ quam tragoediam integram habemus, fuisse, secundam „Prometheum solutum“, tertiam „Prometheum igniferum,“ „Prometheum ignem incedentem“, ut *πυρκαύς* latine vertam, fabulam satiricam quae dicitur fuisse. Intellegitur, Aeschyli Prometheum solutum longe alium fuisse ac Schoemanni, et mihi plane persuasum est, deum, qui in prima tantis doloribus cruciatus, in secunda solutus visus est, tertia fabula a gratis hominibus, pro quibus tanta tormenta sua sponte susceperat et tam diu pertulerat, facibus et fumantibus altaribus celebratum cultumque esse.

Postremum e Schoemanno quaeramus, unde fieri potuerit, ut homines deum „qui abalienaverit genus humanum a diis, eoque fecerit, ut a vera via illi aberrarent et in mala multa incidere“¹⁾ omnino venerarentur et colerent? Quod re vera factum esse, ipse Schoemannus (Prom. pag. 91) testatur. Deinde autem cur Iupiter, si absolutus nullisque legibus obnoxius deus sit, homines non tum quoque, a Prometheo iam igne accepto, perdat? Nam quod Schoemannus, quum iam saepius ab aliis de ea re interrogatus sit, respondet, secum ipso pugnat. Concedit enim (in epistula ad Caesarem, opuscula III, pag. 130, et iam antea in scripto ad Welckerum misso) Iovem homines perdere non potuisse. Iovem quidem, ait, novisse fata hominum, suum fatum,

1) Haec verba Schoemanni sunt: vind. I. is pag. 11—12.

i. e. quid fa'ali necessitate sibi facere liceret, quid non liceret, iuitio ignorasse. Mortales cum ignem a Prometheo accepissent, intellexisse Iovem, se facere voluisse, quod facere non liceret. ¹⁾ Iam Keckius (in Iahnii annalibus 81, pag 471) exposuit, id cogitari non posse. Nam si Iupiter fata hominum noverit, necesse esse, eum etiam semper scire, homines perdi non posse.

Mirum est, quod Keckius ipse de hac re putat, (in Iahnii ann. 81, pag. 480 sqq.). Dicit enim omnia facile intellegi, si in versu 234²⁾ „ἀϊστώσας“ non vocabulo „perdere“ (vernichten), sed „inopia et aerumnis paulatim consumere“ (verschwinden, verkommen lassen), et v. 238 „διαρραισθέντας“ non verbo „percellendi“ (zerschmettern) sed „terendi“ (zerreiben) vertatur. Sed si Iupitr homines, igne accepto, iam non potuit consumere et terere, cur eos tum non perdidit et percudit?

Liceat denique respondeam dubitationi, quam nescio quis attulerit, id est, necesse esse, Prometheo si fato finitum sit liberari, eodem fato destinatum sit pati. Quod minime credo. Sua sponte Titan labores doloresque suscepit, sua culpa sibi cruciatus contraxit. Sed ipse pro me respondeat, id quod Oceanitidibus dicit (268—269):

ἐκὼν ἐκὼν ἤμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι
θνητοῖς δ' ἀρήγων αὐτὸς εὐρόμην πόνους.

Et nunc contendo — quod iam Bluemnerus suspicatus est, nemo, quantum scio, explicavit et probavit — et ex aliis fabulis plane me demonstraturum esse spero, nunquam apud Aeschylum

1) Iovem etiam hac fatali necessitate, quae, proprietate tantum et sortibus iniuscuiusque finitis, cetera regi deorum commiserit ipsaque tamquam quiescat, imperio spoliari posse, Schoemannus scilicet negat.

2) 234: . . . ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
τὸ πᾶν, ἔχρηζεν ἄλλο Φιτύσαι νέον.

237: ἐγὼ δ' ἐτόλμησ', ἐξελυσάμην βροταῖς,
τὸ μὲν διαρραισθέντας εἰς Αἴδου μολεῖν.

destinari fato, quae et diis et hominibus aut consilia capienda aut facinora committenda sint. Tum demum, si facinora commissa sunt, fatum accedit. — Maior et liberior igitur, quam qui caecis fatis iactetur, mea quidem sententia divino poetae homo videtur, cum aequales humilioris animi, velut Herodotus,¹⁾ fatum quod nemo possit effugere mortalium, sibi imminere sentiant. Semper caecam illam potestatem timentes vitam degunt sollicitam humilemque, liber et dignitatis humanae sibi conscius ille caelestia spectat.

Septem contra Thebas.

Ut in priore tragoedia deos, ita in hac homines fato obnoxios videmus. Ter Laius oraculo vetitus erat liberos gignere, hac enim ratione, deus dixerat, civitatem conservatum iri. Laius cum non pareret, malorum fontem aperuit. Oedipus, patre interfecto et Iocasta in matrimonium ducta, e matre liberos genuit (cf. 725—738). Sceleribus suis cognitis et patria deserta, Eteoclem et Polynicem filios exsecratus est:

(766 sqq :) τέκνοισιν δ' ἀράς
 ἐφῆκεν ἐπὶ κότους τροφᾶς;
 καὶ σφε σιδαρονόμῳ
 διὰ χερὶ ποτε λαχεῖν
 κτήματα.

Polynices a fratre expulsus exercitum contra patriam ducit, fratres ad septimam portam congressi alter alterum inermiunt.

Fato igitur statutum erat, ut Laius nisi paruisset, cum tota gente sua periret. Quare (970) ab Antigona fatum dicitur:

Μοῖρα „βαρυδότεира μογερά.“

Plane cum iis, quae Parcae destinaverunt, Oedipi exsecratio

1) cf. Her. I, 34—45; III, 65 etc.

consentit, qua fatum ut perficiatur. quasi incitatur et admouetur. Et tamquam sola patris execratione efficitur, ut fatale ex-cidium eveniat, illam Eteocles magis oraculo timet saepiusque commemorat. Virginibus. quae eum placare conantur, respon-det (675—78):

Φίλου γὰρ ἐχθρὰ μοι πατὴρς τελεῖν ἀγὰ
ἕηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασιν προσιζάνει,
λέγουσα κέρως πρότερον ὑπέρου μόρου.

et (690—92):

ἔξεξέσαν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα
ἄγαν δ' ἀληθεῖς ἐυπνίων Φανίτασμάτων
ὄψεις, πατρῶν, χορημάτων δατήριοι.

et (70—72):

Ἄρα τ' Ἐρινὺς πατρίς ἢ μεγασθενῆς
μὴ μοι πόλιν γε πρέμιον πανώλεθρον
ἐκθαμνίσῃτε ἐγάλαττι.

Quod fato destinatum, ab Apolline nuntiatum, patris exe-cratione tamquam excitatum est, id a Furiis perficitur.

Chorus dicit (701 sqq):

πέφρικα τὰν ἰολεσίοικον
θεῶν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν,
παναληθῆ, κακόμαντιν
πατὴρς εὐκτεῖαν Ἐρινύν,
τελέσαι τὰς περιθύμους
κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος.

et (771—72):

αἰαῖ πικρογλώσσους ἀράς-
... ἄν δὲ τρέω
μὴ τελέσῃ καμψίπους Ἐρινύς.

et fratribus mortuis (862—63):

κάρτα δ' ἀληθῆ πατρός Οἰδιπόδα
πότνι' Ἐρινύς ἐπέκραναν.

et (1040—42):

ὦ μεγάλαυχοι καὶ Φερσιγενεῖς
Κῆρες Ἐρινύες, αἴτ' Οἰδιπόδα
γένος ὠλέσσετε πρέμνοθεν οὔτως.

Lamentatione sororum omnia, quibus mala perfecta sunt,
continentur (954—56):

„Μοῖρα“ βαρυδότερα μογερά,
πότνια δ' „Οἰδίπου σκιά“
μέλαινι „Ἐρινύς.“

At si fato praedestinatum erat, fratres mori et hostes propulsari, cur Eteocles deos invocat (69 sqq.):

ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ, καὶ πολιστοῦχοι θεοὶ
μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανώλεθρον
ἐκθαρνίσγητε ἐγάλατον
ἐλεύθερον δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν
ζυγοῖσι δουλείοισι μήποτε σχεθεῖν,
γένεσθέ δ' ἀλκή. ξυνά δ' ἐλπίζω λέγειν,
πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει.

et cur (249) choro imperat

εὐχου τὰ κρείσσω, ξυμμάχους εἶναι θεούς.

et cur (216) virgines dicunt

διαὶ θεῶν πόλιν τε νεμόμεθ' ἀδάματον

et cur (999—1000) Polynicem dicunt

ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός,
εἰ μὴ θεῶν τις ἐμποδῶν ἔστω δορί.

et cur (1060—61) de Eteocle

μετὰ γὰρ μάκρας καὶ Διὸς ἰσχύϊν
ὄδε Καίμειων ἤρουξε πόλιν.

et cur virgines (802—4):

ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι
δαίμοιες, οἳ τούσδε ῥύεσθε
Κάδμου πύργους — ?

Quamvis mutari posse, quae lege aeterna praefinita siut, se- cum pugnare videatur, tamen religiosis opinionibus populi puto facile hanc persuasionem posse insitam fuisse. Parcas etiam a diis paulo leniores redditas permoveri posse, ne atrociter, quae constituta essent, exsequerentur, aut — quod Herodotum credere scimus¹⁾ — imminentem perniciem a diis aliquamdiu quasi retineri posse.

Itaque chorus Eteocli, cum diceret, oboedientiam matrem salutis esse, respondet (209—212):

ἔστι θεοῖς δ' ἔτ' ἰσχύς καθυπερτέρα·
πολλάκι δ' ἐν κεισῖσι τὸν ἀμήχανον
κἀκὴ χαλεπᾶς δύας ὑπὲρ τ' ὀμμάτων
κρημναμειᾶν νεφελᾶν σοῖ.

Sed nescio, quid sit, quare credamus, pugnas apud Thebas aut certe earum eventus a fato praefinita fuisse. Fato destinatum erat, Laium gentemque eius perire, quod Laius condiciones, quibus et se ipsum et prolem servare poterat, non impleverat, sed (732 sqq.):

κρατηθεῖς δ' ἐκ Φίλων ἀβουλαῖς
ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῶ,
πατροκτόνιον Οἰδιπόδαν,
ὄστε μὴ πρὸς ἀγνάν
σπείρας ἄρουραν ἴν' ἐτράφη,

1) ofr. Her. I, 91.

ρίζαν αίματοέσσαν
ἔτλα,

— sed diis permissum erat, quomodo perficerent, quod fato statutum erat. Iusti iustis et suppliciter precantibus victoriam tribuunt, superbis et ferocibus perniciem. Eteoclem generosum facit poeta. Is cum defendat patriam, Polynices venit (563)

πόλιν πατρώαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
πορθεῖν.

In urbe cum omnes deos invocarent, virginesque ad aras iacerent, ante portas Capaneus (408—412)

θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν
καὶ μὴ θέλοντός φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐμποδῶν σχεθεῖν.
τάς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς
μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν προσήκασεν

et Eteoclus gloriatur

ὡς εὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων.

Capaneo obiicitur (429 sqq.)

. Πολυφόντου βία,
Φερέγγυον Φρούρημα, προστατηρίας
Ἄρτέμιδος εὐνοίαισι σύν τ' ἄλλοις θεοῖς

et furenti Tydeo (362)

. ὃς ὡς δράκων βοᾷ
θένει δ' ὄνειδει μάντιν Οἰκλειδὴν σοφόν

Eteocles obviam mittit (388)

. κέδνον Ἄστακοῦ τόκον
. τὸν Αἰσχύνης θρόνον
τιμῶντα καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους.

Non mirum, quod dii Thebanis victoriam tribuunt.

Hac in fabula igitur dii fato non repugnant, sed cum eo consentientes ipsi provident, ut fiat, quod destinatum sit; homines ferunt, quod fato statutum est, quia condiciones, quibus salvi esse poterant, sua sponte et suis consiliis omiserant.

Persae.

Quamquam fati perpaucis locis mentio fit, tamen etiam in hac fabula sortes ab eo praefinitae videntur.

Oroculum enim nuntiatum est, Persas magnam cladem accepturos esse. (740) Darius queritur

Φεῦ, ταχεῖά γ' ἤλθε χρησμῶν πράξις.

Itaque optimo iure homines non sibi ipsis causam calamitatis attribuerent videntur.

(509) κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν „θεός.“

et (450)

. θεός

ναῶν ἔδωκε κῦδος Ἑλλησιν μάχης.

At sapientes sciunt, cuius culpa et vitio clades acciderit. Darius dicit (743)

ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χῶ θεὸς συνάπτεται.

et (745 sqq.):

„παῖς δ' ἐμὸς τάδ' . . . ἤνυσεν“ νέμω θράσει
 ὅστις Ἑλλήσποντον ἱερὸν δοῦλον ὡς δεσμώμασιν
 ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βόσπορον, ῥέον θεοῦ
 θνητὸς ἄν, θεῶν δὲ πάντων ὤστ' οὐκ εὐβουλίᾳ
 καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν.

Sed fato etiam destinatum est, exercitum Mardonii perire
 801-3 dicit Darius:

παῦροί γε πολλῶν, εἴ τι πιστεῦσαι θεῶν
 χρῆ θεσφάτοισιν, ἐς τὰ ἰὺν πεπραγμένα
 βλέψαντα· συμβαίνει γὰρ οὐ τὰ μεν, τὰ δ' οὔ.

Impio bello suscepto, quod suscipi neque fatum neque dii
 coegerant, omnia, quae fatum minatum erat, accidunt. Diis per-
 mittitur, ut perficiant, quod eo gravius duriusque faciunt, super-
 bia cum Persarum ipsi offensi sint; nam (829—30)

Ζεὺς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν
 Φρονημάτων ἔπεστιν, εὐθυνοσ βαρύς.

Minime autem mirandum est, quod homines solos deos mi-
 sisse calamitatem credere videmus, partim cum vetus oraculum
 ignorent, partim cum deorum potestatem sibi quasi propiorem
 sentiant. Ac re vera poenas a diis repetitas esse, iam vidimus.
 888 Xerxes se ipsum dicit κυρήσαντα „μοῖρας“ στυγεράς ἀτεκ-
 μαρτοτάτης, et 890 exclamat

ὡς ὠμοφρόνως δαίμων ἐνέβη
 Περσῶν γενεᾶ.

Recte quidem; deus enim perfecit, quod Μοῖρα statuerat.

Quo explicato non dubium fore spero, quomodo illud, quod
 Suppl. 647 dicitur

. Ζῆνα
 ὃς πολιῶ νόμῳ αἴσαν ὄρθοι“

interpretandum sit. Mihi certe persuasum est, eo nihil aliud
 significari, nisi: Iovem providere, ut perficiantur, quae fato de-
 stinata sint, id est, eum ipsum ea persequi.

Agamemno.

Qua in fabula item dii cum Parcis consentiunt, Dira ex-
 secratione, quam ipse sceleribus sibi contraxerat, familia Atri-
 darum antiquitus gravatur. (728—30):

. . . τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει,
σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννα.

**Furiis autem mandatum est, ut caedes ulciscerentur ratas-
que facerent execrationes, nam iis (Eum. 332—33)**

τοῦτο γὰρ λάχος διανταία
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδωι ἔχειν,

et ipsae dicunt (Eum. 409):

Ἄραϊ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα

et Cassandra (Ag. 1145 sqq.):

τὴν γὰρ στέγην τὴν δ' οὐποτ' ἐκλείπει χορὸς
σύμφθογγος οὐκ εὐφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.
καὶ μὴν πεπτωκῶς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,
βρότειον αἶμα κῶμος ἐν δέμοις μένει
δύσπεμπτος ἔζω συγγόνων Ἐρινύων.

**Severae et inexorabiles, ut ministras Parcarum decet, hoc
munus exsequuntur. (67—71):**

. . . τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·
οὐδ' ὑποκλαίων οὐδ' ὑπολείβων
ἀπύρων ἱερῶν
ὄργας ἀτενεῖς παραθέλξει.

1436—37 senes Argivi dicunt:

δαῖμον ὃς ἐμπίτνεις δώμασι καὶ διφύι-
οισι Τανταλίδαισιν.

quibus Clytaemnestra respondet (1443—48)

νῦν δ' ᾤρθωσας στόματος γνώμην,
τὸν τριπάχυντον
δαίμονα γέννας τῆσδε κικλήσκων.
ἐκ τοῦ γὰρ ἔρωι αἱματολοιοῦχος

νείρει, τρέφεται, πρὶν καταλῆξαι
τὸ παλαιὸν ἄχος, νέος ἰχώρ.

et (1633) se ipsam et cives dicit

δαίμονος χολῆ βαρεία δυστυχῶς πεπληγμένους.

quin etiam plane effari conatur (1465 sqq.):

αὐχεῖς εἶναι τόδε τ' οὖργον ἐμόν-
μηκέτι λεχθῆ δ'
'Αγαμεμνονίαν εἶναι μ' ἄλοχον·
Φανταζόμενος δὲ γυναικί νεκροῦ
τοῦδ' ὁ παλαιὸς δριμύς ἀλάστωρ
τόνδ' ἀπέτισεν
τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας.

atque etiam Aegisthus dicit, patris sui exsecratione Tantalidarum
gentem exstingui, qui (1565 sqq.)

ἔσθαι βορὰν ἄσωτον, ὡς ὄρας, γένει.
κἄπειτ' ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον,
ᾧμωξεν, ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐμῶν,
μόρον δ' ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται,
λάκτισμα δειπνοῦ ξυνδίκως τιθεὶς ἀρὰν
οὕτως ὀλέσθαι πᾶν τὸ Πλεισθένου γένος.
ἐκ τῶνδ' εἰ πεσόντα τόνδ' ἰδεῖν πάρα.

Furias in poenis repetendis adiuvat Iupiter, et Agamem-
none trucidato, chorus queritur: (1451 sqq.):

Φεῦ, Φεῦ κακὸν αἶνον ἀτη-
ρᾶς τύχας ἀκορέστου·
ἰὼ, ἰη διαὶ Διὸς
παναιτίου πανεργέτα.
τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;
τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστιν; —

et caecata Clytaemnestra, iam prompta ad committendum fu-
nestum facinus, ipsa precatur (940—41):

Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει·
μέλοισι δέ τοι σοὶ τῶν περ ἂν μέλλῃς τελεῖν.

et 1529—31 chorus canit:

. . . . ἐκτίνει δ' ὁ καίνων
μῖμνει δὲ μῖμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς
παθεῖν τὸν ἔρξαντα.

Liceat hoc loco cursum orationis paululum interrumpam, cum hic maxime posse intellegi iudicem, quare Furiae (Eum. 384) munus suum

. . . . θεσμόν
μοιρόκραντον „ἐκ θεῶν
δοθέντα“ τέλειον

appellare possint. — His enim versibus et illis, quos supra attuli (pag. 35) „Ζῆνα — ὅς πολιῶ νόμῳ αἴσαν ὀρσοῖ“ Clausenus et Schoemannus imprimis probare conati sunt, fatum Furiasque arbitrio deorum teneri. Revocaverim etiam in memoriam paucis versibus ante (Eum. 332—333) Furias plane dicere, se a Parcis munus suum accepisse, atque etiam hoc loco munus „μοιρόκραντον“ appellare. Redeamus, unde egressi sumus! — Restiterat ut demonstraremus, Tantalidis omnia mala sua culpa contracta esse. Clytaemnestra a choro accusata, quod coniugem interfecerit, facinus excusat interrogans (1489 sqq):

οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν ἄτην
οἴκοισιν ἔθηκε;
ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερωθὲν
τῆς πολυκλαύτης Ἰφιγενείας,
ἄξια δράσας, ἄξια πάσχων
μηδὲν ἐν Λίδου μεγαλαυχείτω
ξιφοδηλήτω
θανάτω τίσας ἅπερ ἤρξεν.

Quod ab Agamemnone commissum chorus non minus vituperat (205—214):

ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδω λέπαδνον,
 Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν
 ἄναγνον ἀνίερρον, τόθ' ἔβεν
 τὸ παντότολμον Φρονεῖν μετέγνω.
 βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις
 τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.
 ἔτλα δ' οὖν θυτῆρ γενέσθαι θυγατρὸς
 γυναικοποιῶν πολέμων ἀρωγὰν
 καὶ προτέλεια ναῶν.

et praesagens canit (142—43):

μίμνει γὰρ φοβερὰ παλίνορτος
 οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνόποιος.

Animo autem iam Clytaemnestra mortem praevidet (1502—3):

δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης
 πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.

Vates non ignorant, quid fatum destinaverit, et quomodo
 dii perfecturi sint.

(145—47) τοιάδε Κάλχας
 ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν
 μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων ὀδίων οἴκοις βασιλείοις.

et

τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραυτοι (234)

Cassandra non solum Agamemnonem et se ipsam truci-
 datum iri, sed etiam Clytaemnestram et Aegisthum praedicit
 (1277—78):

ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ
 ἀνὴρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.

Una igitur in hac fabula fatum et dii de hominibus, qui
 sceleribus suis gravissimas poenas meriti sunt, supplicia sumunt.

Choëphoroe.

Ut in prioribus tragoediis ita in hac fabula Parcas deosque idem agere videmus. Clytaemnestra et Aegisthus gravem culpam sibi contraxerunt, quae diis punienda est.

Dii Oresti imperaverunt, quod, nisi iussus, omisisset, ut patris caedem ulcisceretur. 266 sqq. Orestes dicit

οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενῆς
 χρησμός, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾶν,
 κάξορθιάζων πολλά, καὶ δυσχειμέρους
 ἄτας ὑφ' ἧπαρ θερμὸν ἐξαυδῶμενος
 εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους,
 τρόπον τὸν αὐτὸν ἀνταποκτεῖναι λέγων,
 ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον
 αὐτὸν δ' ἔφασκε τῇ Φίλῃ ψυχῇ τᾶδε
 τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά.

et 1023 sqq:

κτανεῖν τέ Φημι οὐκ ἄνευ δίκης,
 πατροκτόνον μίσημα καὶ θεῶν στύγος,
 καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι
 τὸν πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοὶ
 πράξαντι μὲν ταῦτ' ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
 εἶναι, — παρέντα δ' — οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν
 τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων προσθίξεται.

Sed etiam invocatur fatum, cuius postestas hominibus semper in animo versatur.

(93—94) „τὸ μόρσιμον“ γὰρ τὸν τ' ἐλεύθερον μένει,
 καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερσός.

et quo finis vitae destinatur (602—3)

. διαὶ βίου
 „μοιροκόραντον“ ἐς ἧμαρ.

303—304 chorus Parcas precatur, ut Orestem adiuvent:

ἀλλ' ὦ μεγάλαι „Μοῖραι“ Διόθεν
τῆδε τελευτᾶν,
ἢ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.

et 456 Oreste et Electra deos rogantibus:

ὦ θεοὶ κραίνετ' ἐνδίκως δίκας,

chorus dicit (457—459)

τρόμος μ' ὑφέρπει κλύουσιν εὐγμάτων
„τὸ μόρσιμον“ μένει πάλαι,
εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι.

Atque ubi domum intravit Orestes, canit chorus (635—36):

προχαλκεύει δ' „Αἴσα“ Φασγανουργός
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν. . . . —

Tum fati ministrae Furiae agere incipiunt — et chorus
pergit

. . . . ἐκ δ'
αιμάτων παλαιτέρων τίνει μύσος
χρόνω κλυτὰ βυσσόφρων „Ἐρινύς“.

Ut in priore et in omnibus fabulis Aeschyli ita in hac hae
deae caedes ulciscentes cogitantur.

. . . . βοᾷ γὰρ λοιγὸς Ἐρινὺν
παρὰ τῶν πρότερον Φθιμένων ἄτην
ἐτέρα ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτη chorus dicit 397—99.

Saepius etiam quam fatum dii, quorum potestas quasi pro-
pior videtur, et a quibus Orestes iussus est matrem interficere,
invocantur.

(241—242) Electra rogat:

μόιον Κράτος τε καὶ Δίκη σὺν τῷ τρίτῳ
πάτιων μερίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό σοι.

et (770—775) chorus

νῦν παραιτούμενα μοι, πάτερ
Ζεῦ θεῶν Ὀλυμπίων,
δὸς τύχας εὖ τυχεῖν
κυρίως τὰ σὺφρον' εὖ
μαιομένοις ἔχειν.
καδ̄ δίκαν πᾶν ἔπος
ἔλακον ὦ Ζεῦ, σὺ νιν φυλάσσοις.

et (762) chorus Orestis querentem nutricem his verbis consolatur:

ἀλλ' εἰ τροπαίαν „Ζεὺς“ κακῶν θήσει ποτέ.

Inferi etiam dii invocantur. 484 Electra precatur:

et 116: ω Περσέφασσα, δὸς δέ γ' εὖμορφον κράτος
'Ερμῆ χθόνιε — κλύειν ἐμὰς εὐχάς.

At cum homines ut semper culpa non careant, poenam optimo iure meriti sunt. Clytaemnestra quidem, iam in pectus intentato gladio filii, ut patris caedem caede ulcisceretur, id excusat:

ἡ Μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία“ (898)

sed ab Oreste dignum responsum datur (899):

„καὶ τόνδε τοίνυν Μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον.“

Eumenides.

Extrema verba huius fabulae sunt:

. . . Ζεὺς ὁ πανόπτας
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα,
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μύλπαις.

„Ita placuit Iovi et fato, laetitia exsultate!“

Sed in extrema demum tragoedia Iupiter et Furiae — quibus, ut

iam alio loco commemoravi, *λάχος διαίταια* — *Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν*“ (332—33) — quae persequuntur, quod fato est constitutum, concordantes fiunt. — Sed ut planius demonstramus, Furias pro fato intercedere, iam nonnullos alios locos afferamus. 384 Furiae munus suum *θεσμὸν „μοιρόκρατον“* dicunt, et 945 sqq. a Parcis prosperitatem Atheniensibus petunt:

νεανίδων τ' ἐπηράτων
 ἀνδροτυχεῖς βιότους „δότε, κύρι' ἔχοντες,
 θεαί τ' ὦ Μοῖραι“, ματροκασιγνήται,
 δαίμονες ὀρθονόμοι,
 παντὶ δόμῳ μετάνοιοι,
 παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς
 ἐνδίκους ὀμιλίαις,
 πάντα τιμιώταται θεῶν.

Atque Apollinem, cum Orestem tueri conetur, „*Parcarum*“ dignitatem violare dicunt (170—74):

ἔφεστίω δὲ, μάντις ὦν, μιάσματι
 μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος
 παρὰ νόμον θεῶν βρότεια μὲν τίων
 παλαιγενεῖς δὲ „Μοῖρας Φθίσας.“

Ipse Iupiter Parcis in tragoedia non obstat, sed Apollo, qui ipse dicit, (606—610):

οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις
 οὐκ ἀνδρὸς, οὐ γυναικὸς, οὐ πόλεως πέρι,
 δὲ μὴ κελεύσαι Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.
 τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ' ὅσον σθένει μαθεῖν,
 βουλῇ πιφαύσκω δ' ἕμμ' ἐπισπέσθαι πατρός.

et sacerdos eius (19,):

Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.

Itaque cum re vera non Apollo sed Iupiter Oresti manda-

verit, ut matrem occidat, Iovis est, exagitatam tueri. Quod idem Minerva Furiis ipsis dicit (786—88):

ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν,
αὐτός ῥ' ὁ Φήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,
ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.

Quo eae non abinentur, quin paricidam prosequantur. Se a diis natu minoribus laesas esse et dignitate sua privatas, dicunt. (153) Apollinem increpant:

et 226
νέος δὲ γρᾶίας δαίμονας κασιππᾶσω
τιμᾶς σὺ μὴ σύντεμνε τὰς ἐμὰς ψόγω

et 770—71 Minervam et Apollinem accusant:

ὦ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους
κασιππᾶσασθε κακὴν χειρῶν εἴλεσθέ μου.

quae verba 797—98 iterantur.

et 772 sqq. Minervae minantur

. βαρύκοτος
ἐν γὰρ τᾶδε, Φεῦ,
ἰὸν, ἰὸν, ἀντιπεν-
θῆ μεθεῖσα καρδίας
σταλαγμὸν χθόνιον ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
λειχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος
πέδον ἐπισύμενος
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.

Tum demum Iovis filia cum saepius iis blandiatur, aras honoresque promittat, tandem placantur, tum demum

(958) ἐκράτησεν Ζεὺς ἀγοραῖος

Orestes haud ignorat, Iovem etiam saluti suae operam dedisse, et praeter Apollinem et Minervam huic gratias refert (746 sqq.):

ὦ Παλλὰς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους
καὶ γῆς πατρῴας ἐστερημένον σύ τοι
κατ' ἰσθμὸν με καὶ τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
'Αργεῖος ἄνηρ αὖθις, ἔν τε χρήμασιν
οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου
ἕκατι, καὶ τοῦ πάντα κραινοῖτος τρίτου
σωτήρος, ὃς πατρῶων αἰδεσθεῖς μόρον
σῶζει με, μητρὸς τάσδε συνδίκους ὄρων'.

Sua sponte igitur, neque a Iove coactae Furiae quae (717—18)

πάντα τὰ κατ' ἀνθρώπους
ἔλαχον διέπειν,

suo iure decedunt.

Quae ratio hominibus cum fato in hac fabula intercedat, ex iis quae dixi iam patet. Si facinora commiserunt, quibus Parcae poenas statuerunt, a Parcarum ministris puniuntur, et ut modo dixi Furiae

πάντα τὰ κατ' ἀνθρώπους
ἔλαχον διέπειν

et (937 sq.):

. . . . μέγα γὰρ δύναται
πότνι' Ἐρινὺς παρὰ δ' ἀθανάτοις
τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν, περὶ δ' ἀνθρώπων,
τοῖς μὲν αἰοιδὰς, τοῖς δ' αὖ δακρῶν
βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι.

Orestes autem non suo impulsu sed a Iove iussus facinus commiserat, Iovi igitur curandum erat, ne innocens poenas daret. Dissensio quomodo solvatur, iam supra vidimus.

Supplices.

Qua in fabula fati nusquam mentio fit, Iupiter supplicum

tutor est (ἰκτῆρ 462). A love igitur virgines, ut iniquos hostes arceat, petunt.

(1024—25): ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι
γάμον Αἰγυπτογενῆ μοι.

et 119—122 τελευ-
τᾶς δ' ἂν ἐν χρόνῳ πατῆρ
παντόπτας
πρευμενῆς κτίσειεν.

Iovis timore permotus Argivorum rex constituit, ut pro Danaïdibus contra Aegypti atroces filios bellum suscipiatur.

461—62: ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον
ἰκτῆρος ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος.

et Iovem virgines rogant, ut Argivos beneficiis augeat. 609—613

ἄγε δὴ, λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις
εὐχὰς ἀγαθὰς ἀγαθῶν πονάσ-
Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου
στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ
τέρμον' ἄμεμπτον πρὸς ἅπαντα.

Iovis potestatem maximam esse, eum omnia perficere, quae velit, mortales nisi ab eo adiutos nihil valere, multis locis virgines dicunt:

79 sqq:

Διὸς ἱμερος οὐκ εὐθῆρατος ἐτύχθη.
πάντα τοι φλεγέθει κἂν σκότῳ μελαι-
να τε τύχα μερόπεσσι λαοῖς
πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ
κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῆ πρᾶγμα τέλειον.

et 86 sqq:

ιάπτει δ' ἐλπίδων
ἀφ' ὕψιπύργων πανώλεις βροτούς,
βίαν δ' οὔτις ἐξάλυξει

τὰν ἄπονον δαιμονίων.
μνημον ἄνω Φρόνημά πως
αὐτόθεν ἐξέμπραξεν ἔμ-
πας ἐδράνων ἀφ' ἀγνῶν.

et 790—92

(Ζεῦ)

σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν
ταλάντου. τί δ' ἄνευ σέθεν
θνατοῖσι τέλειόν ἐστιν;

508 —10 Iupiter vocatur

ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων
μακάρτατε καὶ τελέων
τελειότατον, ὄλβιε Ζεῦ.

579 sqq:

ὑπ' ἀρχᾶς δ' οὔτινος θοάζων,
τὸ μείον κρεισσόνων κρατύνειν
οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.
πάρεστι δ' ἔργον ὡς ἔπος.
σπεῦσαι τι τῶν βούλιος φέρει φρήν.

Quibus verbis Danaides non fati recordantur, sed aliorum modo deorum Iove infirmiorum. Quod iam versibus, quos attuli, videtur demonstrari, quibus Iupiter ἄναξ „ἀνάκτων,“ „μακάρων“ μακάρτατε appellatur, maxime autem eo, quod nunquam in hac tragoedia fatum advocatur, saepe autem alii dii velut Minerva, Diana (125). Similiter in fabula, cui nomen Prometheo est, dicitur (49—50)

ἄπαντ' ἐπαχθῆ πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν
ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Qua in fabula Iupiter etiam (224, 312, 737) τύραννος θεῶν appellatur.

Id minime mireris, expulsas virgines fati nullo loco mentionem facere. Iniquum cum perferant, et sciant (388—90)

ἀμφοτέροις ὁμαίμων τὰδ' ἐπισκοπεῖ
 Ζεὺς ἑτερορρεπῆς, νέμων εἰκότως
 ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις,

ab illo auxilium petunt.

Postremum complectamur, quid de ratione, quae inter fatum et deos vel eorum principem Iovem, et inter fatum et homines intercedat, poeta nobis cogitare videatur. Fatum diis superius est, sed dii cum eo non solum consentire, verum etiam curare solent, ut, quae fato destinata sint, perficiantur. In tragoedia, cui nomen Prometheo est, fatum et Iupiter inimice sibi obstant, regisque deorum imperium in discrimen ac periculum vocatur. Sed deus cum condiciones non impleat, quas si secutus esset, regno privatus esset, imperium retinet. In tragoedia, quae inscribitur: *Εὐμενίδες* non fatum ipsum diis repugnat, sed Furiae, quibus ab illo quidem munus datum est, ut caedes ulciscerentur, ea autem condicione, ut iis licere videatur, quomodo et quatenus in singulis casibus officia exsequi velint. Diu rixati tandem concordia coniunguntur. Item homines, quod ex ipsa re consequitur, fati imperio tenentur. Si condiciones sequuntur, ex quibus Parcarum arbitrio sortes pendent, finitas illas sortes effugere non possunt. Sed semper, ut nos demonstravisse existimamus, penes eos ipsos culpa calamitatis est, cum id, quod fato praedestinatum videtur, nunquam nullis condicionibus adstrictum sit, itaque nunquam, nisi ipsi perficerent, accideret. Ut modo dixi, dii provident, ut id, quod Parcae statuerint — scilicet, si homines condiciones sequuntur¹⁾ — eveniat. Ipsi perficiunt, sed qua ratione perficiant, id iis permissum est. Sua sponte igitur, ut ad propositum finem perveniant, res contrahunt, quae fato curae non sunt. Quare cum magna in homines potestate utantur, nobis non mirum videbitur, si dii ab iis tam saepe invocantur.

1) nam ὄταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὼ θεὸς συνάπτεται (Pers. 743)

et (Choëph. 458—59) τὸ μόρσιμον μῆνι πάλαι
 „νεύχομένοις“ δ' ἂν ἔλθοι,

cf. etiam Ag. 1493 et 1531; Choëph. 898—99. (vide pag. 42).

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

DUE OCT 18 1935

9.840
e fato Aeschyleo.
idener Library

001781385



3 2044 085 084 796

